Archivio storico comunale
Gualdo Tadino

5

Archivio preunitario

Pergamene del Secolo XVI°

Reverendissime domine Supplicant v. R. D. Magnifici domini Confalonerius et Priores v. terre
Gualdi ut petitiones infrascriptas amplitudo vestra exaudiat et concedat sicut bono publico et
privato conferre crediderit: ut felicissimo eiusdem regimine Gualdensis Populus politice
et beate vivere indies magis intelligat. [Primo ut Priorum dignitas non vilescat: et
eorum arbitrium servetur illesum: Placeat v. R. D. de novo Confalonerio et Prioribus
terre predicte Potestatem concedere faciendi gratias usque in quantitatem sollidorum viginti in
penis pecuniariis, ordinariis vel extraordinariis et summariis cuiuscumque. Presertim erga pauperes
et dignas miseratione personas. Et quando minores offitiales verbo vel facto, temere
et inhoneste se gererent cum Prioribus possint transgressores gravius ut supra faciendis puniri
pena per v. R. D. declaranda. Gratie tamen fieri possint in maleficiis et aliis premissis non
10 tamen in dampnis datis. Placet A.

Item ad obviandum pravis extorsionibus que plerumque per executores fiunt v. R. D. statuat
ne ultra unum viaticum exigant qui foris vadunt pro executionibus faciendis et si executiones
fieri contra plurimos in uno castro vel villa contingat. salva tamen mercede pro debiti quantitate
persolvenda secundum formam statutorum executoris mercede limitantium. Et quod pro executionibus
faciendis occasione exactionis ad instantiam comunitatis Collectorum presertim novorum vel veterum offitii
predicti mercedis nomine aliquid nullatenus exigant. Qui vero culpabiles reperti fuerint
circa predicta v. R. D. Arbitrio puniantur cum declaratione quod viaticum executoribus non
debeatur nisi fecerit executionem saltem contra sex diversas personas vel familias: nec exigere
possit eodem die plura viatica nisi de loco ad locum distantia fuerit duorum miliarium ubi
executio contigerit fieri. Et quod scindicatus offitialium predictorum non ante finitum tempus sui offitii
fiat: Postquam vero fuerint scindicati offitium amplius exercere non valeant

Placet A

Item ut per homines dicte terre precipue circa rem rusticã occupatos: ratione fori diurna opera penitus nõ perdantur expectando vesperarum horã: ut illico postquam ad agros se contulerint nõ sint iactura temporis reuertendo V. R. D. decernat ut nõ post vesperas sed hora tertiarum in loco pridẽ solito ius reddatur. Placet A

Item ut finis quoque litibus imponatur et rerũ dominia nõ sint in incerto, et veteres possessores sint aliquando securi V. R. D. statuat ut omnes actiones personales et reales quarum iudiciũ hactenus nõ est inchoatũ, dummodo natiuitate earum viginti annorum spaciũ fluxerit et si recte ut alterius cuiusque fauorabilioris et commune et nomine competente sint penitus intelligantur extincte exceptis dũtaxat personis quibus circa premissa minoris etatis inuiolata ut subueniri posset ex clausula generali siqua iusta est. Placet A

Item ne per magistratus statuta infringantur qui eorum obseruationi priores terris esse deberent V. R. D. moneat et precipiat ut locumtenentes V. R. D. seu potestates pro tempore futuri statuta qualibet terre predicte obseruent inuiolabiliter: et ab aliis faciant obseruari: et faciendi bãna penalia contra vel preter formã statutorum nullatenus habeant facultatem: nisi ad id specialis et expressus V. R. D. consensus accesserit. Exceptis tamen grauioribus et rigorem ac manũ regiã exigentibus. Placet A

Item ne terre predicte aqueductus ferme principiũ bonũ ipsius temporis vetustate collabantur V. R. D. prioribus pro tempore existentibus dicti aqueductus curã committat. ut hii solerter refectioni eius intendant, et resarciri faciant, quotiens detrimentũ in aliqua sui parte patiatur: qui uero desides fuerint et remissi in aqueductus instauratione facienda

Eadam in pena duorum auctorum in refectionem dci aqueductus convertendam et de ipsorum Priorum salario retinendam Placet A

Item ut viarum reparationi et cura nō desit v. R. D. ordinet ut in renovatione offitiorum proxima et deinceps successive facienda, viarum et offitiales inbussulentur annuatim extrahendi cū Illis autoritatibus et emolumentis q. f. v. R. D. fuerint attributa et alias fuerunt forma brevis pannui v. R. D. Placet A.

Item quia nō est In terra Gualdi locus commodus pro mro Grammatice, et pueris ac ludu litterarum exercendū. v. R. D. domū aliquā pro scola perpetuo deputet ubi magis expedire videbitur. et si videbitur in loco qui est s. macelli. Placet A

Item ne statutorum refectio protrahatur ulterius v. R. D. per se ut alium terre Gualdi statuta revideat: emendet: corrigat: et In volumina pu. ca redigi curet put visum fuerit oportunū Et huiusmodi provincia seu cura locumtenenti v. R. me D. demandetur. Placet A.

Item Circa Instaurationem Catastorum quia vetustate et assiduo sunt usu cōsumpta v. R. D. providere dignetur Inter cetera disponendo ut fiat unū originale catastum quod nō In manibus notariorum sed sub clavium custodia apud Priores ut aliqua eorum sacratā deponatur ut ad Illud semper valeat recursus haberi cū difficultas aliqua In catastis apud Notarios existentibus orietur. Et tam mensuratio agrorū quam Catastorū conscriptio fieri debeat per forenses, ut alios mensores et

2v

scriptores p locumtenem et Priores Conductos: et terre non accatastate possessoribus sint aliqua preij solutione accatastentur, et allibrentur iuxta allibrata vicinorum et idem in superflua possidentibus, dummodo non totum superfluum allibretur sed detracto ingurdo quod in locis non fertilibus, sed potius sterilibus, subiectis maxime remotis intelligatur esse tertia pars totius: In alijs vero locis proximioribus seu magis fertilibus intelligatur ingurdum quod fuit actenus consuetum. Si vero per aliquem teminentum aliquod magnum terre, non ad mensuram sed lateribus et confinibus tantum designatum possideret. et dicto quod minimas sol vere collectas: remensurari faciat, et allibratio fiat habita consideratione vicinorum et ne facile depravari quicquam in Catastis valeat v. R. D. iubeat in Catasto scribi mensurata, extimata, et allibrata per extensum alphabeti literis non Arimmeticis notis. et de ingurdo dando possessionibus et terris non fertilibus intelligatur pro terrigenis, et non pro forensibus

Placet. A.

Et quia (ut experientia docuit) Gravia dampna solent evenire circa pignora per exequu tores, et offitiales capta: et saepe deperdita: vel negligentia, vel malitia, vel temporis cursu: eo quod apud depositarium depignorationum actenus consuetum assignarentur. v. R. D. nova provisione disponat: ut in posterum predicta pignora infra triduum per offitiales et executores montis conser vatori seu depositario debeant assignari et facta consignatione, Conservator seu depositarius solvat exequutoribus suam mercedem: Et ad instantiam creditorum et reorum qui exequu tionem fieri procuraverit: si postquam fuerint legiptime citati omni ad luenda pignora non venerit infra decem dierum spatium: Conservator et depositarius omnidicti per iter ad bandimen pro ut montis pignora venduntur: pignora eis assignata vendere debeant: et de pretio satisfa cere creditori: si vero de pretio superfuerit aliquod residuum domino pignoris omnimo restituatur. detracta tamen exequutorum et Conservatoris debita et consueta mercede iuxta Capitula pignorum montis: Et si exequutores negligentes fuerint in assignatione conservatori ut supra facienda incurrat qualibet vice incidat in penam viginti sollidorum Montis applicandorum et ulterius exequutionis mercedem pro pignore non assignato ut supra privetur. Et ut ordo predictus solum observetur officium seu Gabellam pignorum vendi solitam bolen. excellentiam ut minus v. R. D. penitus extinguat. Ita ut deinceps pigno rum assignatio et venditio fiat ut supra nec aliter quoquomodo Placet. A.

It(em) ut usurarior(um) voragini occurratur et ne pauperes improbo fenore spolient(ur) v. R. d.
capta hebreorum previum et futurorum aliquantulum comprimendo decernat ut pro mutuo sine
pignore quod dicti hebrei hactenus consueverunt exigere duos bolen. singulis mensibus pro florino.
sed a Gualdensibus exigant quantum exigerent si cum pignore fenori darent. Item ne plus quam in
veritate dederint faciant instrumentum conscribi: Item ne usurarum usuras exigere presumant.
Item ne circa meritum, et usuram hebreis persolvendam mensis ceptus habeatur pro impleto: sed usura
pro rata temporis persolvatur: ne tamen dicti hebrei nimium attrectent de prevaricationibus pre-
ipsos factis per certam exactionem usurarum ratio nullatenus exigatur. Si vero in futurum circa premissa
ut aliquod premissorum dicti hebrei fraude commictere fuerint deprehensi dicti auctore pena
mitter qualibet puniantur. Placet A

It(em) quod pignora perdita Gualdensium teneantur idem hebrei publico banimento in terra Gualdi
vendere plus offerenti: et facere debeant pro venditione dictorum pignorum tria bandimenta, tribus
diebus festivis: et ne circa precium fraus aliqua committatur: debeant venditioni pignorum adesse
duo viri per priores eo tempore existentes deputandi: si vero factis tribus bandimentis pignora
vendi non poterunt possint dicti hebrei extra civitatem Gualdi ubi voluerint dicta pignora [illegible]
et detracta sorte principali, et usura eis solvenda: residuum omnis pignorum restituere teneantur.

Placet A

It(em) v. R. d. disponat ut habentes bestias grossas vel minutas: unam vel plures, aptas ad
macellandum, debeant eas die lune semel tantum mitti in publico: et eas pro concurrenti pretio ma-
cellario dicte terre Gualdi offerre qui si pro iusto pretio emere recusaverit: tunc liceat sine
aliqua pena domino bestiarum eas de dicta terra extrahere, et ad sui libitum advendendum dicta
animalia ubi ei videbitur ducere: facta prius debita oblatione et requisitione ut supra

Placet A

3v

Que omnia et singula capitula suprascripta V. R. D. concedere dignetur. Et prius alias facta et concessa per diversa tempora auctoritate legati de latere qua nunc fungitur placeat confirmare: Contrarijs non obstantibus quibuscunque.

Fiat ut supra signata sunt capitula superscripta concedimus et decernimus omni meliori modo
Hos. A. Car. S. Prax. Gual. perpetuus Gubernator et Legatus m. p.




Dat. Gualdi xj.a Novembris M DXXX.

Federicus agatonius

Die xiij martij M D XXIIJ

Congregato et cohadunato publico et generali consilio co(mun)is et popoli terre Bualdi in palatio M D I in sala ... factoris ... capitanea more solito, in quo quidem consilio interfuerunt quinquaginta septem consiliarij servatis servandis. Super bono publico inter alia consulta que ... hic inseruntur hoc quoque consultum et obtemptum fuit per supradictos consiliarios nemine discrepante ut patet manu mei Bernardini Pelestrini in cancellaria ... Bernardinus ... proposuit dominus Joannes Bilottus de ... unus ex dictis consiliarijs pro vostris ... volens ... super bono publico ... inter aliaque retulit ... hoc ... quod capitula suprascripta lecta prius et vulgarizata ... auribus ... confirmentur ratificentur et aprobentur ut ... ad maius robur et firmitatem et confirmatio et aprobatio dictorum capitulorum subscribatur per cancellarium et notarium Bualdi et ... solemniter misso partito et obtempto ut supra per fabas quinquaginta septem ... non obstante una ... reperta de voluntate et auctoritate dicti consilij



Ego Bernardinus Pelestrinus de ... cancellarius ... una cum ser Bernardino Gasparis de terra Bualdi notario electo ad dictam subscriptionem ... hic inserta dictorum capitulorum ... et confirmationem ... et ... dicto ser Bernardino me subscripsi et publicavi in signo solito et consueto

Ego Jam Bernardinus Gasparis ... publicus imperiali auctoritate notarius et ... cancellarius ... in dicto consilio generali ... obtinebantur ... consilio ad subscribendum una cum ... ser Bernardino Pelestrino Can(cellari)o ... confirmatione et approbatione ... fidem facies ... dicti consilij me subscripsi et publicavi et ad maius robur ... manu propria ... meum signum hic apposui consuetum



Signum mei Bernardini ... dicti

Capla Rmi: de mote
11 9bris 1520

Capitula Rmi Domini
[illegible]

1520
11 Novembre

[illegible]